



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

77. E. 78.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

77.E.78

Equitis Poloni,
INIESVITAS
ACTIO PRIMA.

Nunc longè emendatiùs quam antea
in lucem edita.



ANNO M. D. XCI.

DE IESVITICIS VIRTVTIBVS

Carmen.

A Stygia nuper sede exiit (:attamen ausum
Se socium Iesu dicere) turpe genus.
Istos perfrictis si dicas frontibus esse,
Nil dicis: nectunt nam sine teste dolos.
Ardeliones si, quod cuncta negotia versant,
Hos dicas, voce hac multa nefanda tegis.
Vix credas testa hos audere intrare potentum:
Artibus at scandunt regia testa suis.
Versutis turbare dolis si dixeris illos
Regna, parum dicis: regia bella mouent.
Arte aiunt se se multis praestare docendi:
Astuta pueris sed magis arte nocent.
Et quas strueturas dicuat virtutis alumnas,
Sedem illas belli nempe parare volunt.
Pilea que gestat, vim sacram vulgus habere
Credit: sacrilegum sed caput hisce subest.
At si istos dicas, Iesu multa addere verbis:
Hoc socij Iesu ius sociale vocant.

ORA-



ORATIO CONTRA Iesuitas Prima.



Ideo, Senatores Amplissimi: & vos reliqui qui adestis: generis nobilitate, & virtutum ornamenti clarissimi viri: omnium vestrum ora, atq; oculos in me vnum converso esse. Et tametsi hunc locum, ad dicendum existimemus esse ornatissimum: & frequens conspectus vester me ad dicendum excitet: tamen hac tanta corona doctissimorum hominum, terret oculos. Existimo enim multis esse, qui mirentur: quid sit, quod isti disertissimi, & gratissimi hominibus, hoc tempore sedentibus. ego potissimum surrexerim: cuius negat as ea est, neq; ingenium, neq; authoritatis: vt possit cum eorum qui sedent grauitate, doctrina, & rerum gestarum gloria comparari. Sed me recreat vestra sapientia Senatores Amplissimi: qua efficit, vt perspiciat, omnibus his, quos adesse videtis, charissimam patriam esse: illos tamen, propter iniquitatem temporum, hanc causam multis odiosam non audere defendere. Neq; verè ego mihi tantum tribuo, vt alius laudem fortitudinis atq; officij praeripere cupiam, sed in ista mea atate aliquid mihi præsidij constitutum esse, contra calumniam iniquorum hominum confido. Nam si isti viri, authoritate & prudentia summa prædicti ea dicent, qua hoc tempore dicenda sunt: quod certe facere debet is, qui ad istam causam accedit: fortassis illorum oratio multorum varias voces, ad inuidiam, & vilium, excitaret. cum ea sit istorum hominum prudentia: tantus splendor generis, vt nulla vox ab illis profecta, obscura esse possit. Ego verè, si quid dixerim liberius: id facilius inter istos parietes contineri fortasse potest: quia in hac Senatoria dignitatis luce non sum constitutus. Erunt etiam, vt opinor nonnulli: qui veniam adolescentia mea dandam esse existimabunt: si quid liberius dixerim, & facilius etiam patientur, si aliquid attulero: quod nondum sit perfectum ingenio: & elaboratum industria. Accedit illa quoq; causa: quod ista dicendi necessitas, non solum à patria nostra: qua omnibus nobis debet esse charissima: sed etiam ab illis viris mihi est imposita: quorum singularem in me atmorem plurima & maxima beneficia ego agnosco: & quorum dignitatem summam vos perspicitis, horum in me voluntatem & benevolentiam plurimi semper feci: & quantum autoritati illorum tribuam, nunc testari cupio hoc officij genere: vt, que sentio, liberius de Republica dicam.

Et sane nulla propemodum est natio. Senatores Amplissimi. que non plurimum se patria sua debere agnoscat. Nostra autem Respublica, à maioribus nostris ea iura inuenta atq; instituta habet: ea libertate, dignitate, splendore ordinem nobilium ornauit: vt illius commoda vitâ nostrâ nobis debeant esse chariora. Nunc verò eiusmodi tempus est, Senatorès, vt Respublicæ dignitas, omnium nostrum salus, vita, libertas, dei religio, bona fortuna, domicilia: vestra sapientia, fidei, potestati sint tradita. Vos hodie constituere debetis: vrum homines perniciosos, quasi in visceribus Respublicæ ad interitum patria vestra conferuare velitis: & an etiam totam Rem publicam in extremum periculum atq; discrimen adducere cupiatis. Magna sunt ista qua dicere aggredior, Senatores Amplissimi: in me verò non agnosco eam facultatem, vt de rebus tam atrocibus: satis commode dicere, & grauiter conqueri, & liberè vociferari possim. Perturbat me ingenij mei imbecillitas: grauitati, et as: libertati, tempus ipsum est impedimento. Sublata enim iam est, vt videtur, quorundam hominum potentia & iniuritate atq; crudelitate: non solum dicendi facultas, sed etiam sentiendi, libertas: quam facultatem dulcissima patria nostra nobis tradiderat, ea iam erupta est ab ipsis hominibus: qui nunquam considerant quid facere debeant, sed quantum possint suis artibus & viribus: ex naufragijs patria comparatis. Hos ego cùm afficio non ignoro que pericula subeam: timore etiam & pudore, quem mihi natura attribuit, non parum commoneor: vestra enim dignitas me magnopere perturbat: metuo enim ne non satius commodam orationem ad restandas adserre possem: & ne molestiam aliquam eruditissimus vestris auribus aspergam. Quamobrem vos rogo atq; obsecro, vt attente, bonaq; cum venia me dicentem audiatis. humanitatem enim vestra fretus: & amore patriæ impulsus plus oneris suscili, quam ferre me posse intelligo. Hoc vt vos aliqua ex parte alleuetis, vos pro ea, quam vobis debo obseruantia rogo.

Neminem esse vestrum existimo, Senatores Ampliss. qui ignorat, quibus in periculis per multos iam annos versatus sumus: quanta enim vis allata sit ad oppugnandum & euertendam libertatem nostram, ab hominibus perditissimus, & quam valde iam illa debilitata sit, res ipsa loquitur. Videlicet enim, vt opinor: quam noua comitiorum forma apud Varsaviam fuerit: non enim veterem consuetudinem comitiorum: & pristinum electionis morem: à maioribus inuentum atq; institutum sernebat: sed exercitus numerosos, & collectos ex barbaris militibus: & omnigenere armorum instructos: quorum duces minabantur nobis rapinas, cedes, incendia: quantam vim, quantos armorum strepitus, quos clamores, quas contumelias, quas minas, qua pericula optimus quisq; sustinuerit: quantum lachrymarum patria præstiterit: porusq; animaduertere. Qua verò consecuta sunt postea, horret annus commemorare: ne summus dolor vester ex patria vulneribus conceptus recrudecat.

eradescat. Sunt enim depopulati agri, sunt multi nobiles crudelissime domo sua nudi electi, ex edibus suis patris precipites exturbati, multe virginis complexu parentum abrepta. Aspiciebant miseri & luctu perditos homines: sceleratissimos milites, sua pecunia fieri dominos: multa palam ausseri, multa largè & effusè aliud donari: alia incendio consumi. Quem verò ad fletum & gemitum non commoueret
C R A T O V I A E vrbis primaria miserrima conditio: qua obsidione oppressa: cede atq; incendijs vastata: horrida & squallida: tristissimum nobis omnibus exhibet spectaculū. In his malorum procellis & fluctibus & tempestatisbus, iam videor mibi portum aspicere, Senatores Amplissimi. Quod enim precatus sum, sepe & multum à Deo immortali: porrectis in cælum manibus & facie lachrymis redundantem, ut patriam nostram aliquando clementer in his fluctibus respiceret: id iam aliquo modo fieri existimo. Video enim, Senatores Amplissimi, vestrum ordinem ad pri-
stina auctoritatis spem reuiviscere: adiunctam esse vobis nobilitatem: confitare Lituaniā: paratos esse equites, ad vim ex terrorum hostium depellendam: expe-
ditos centuriones: instructas iam propemodum cohortes. Sed vos moneo, Senatores Amplissimi: quanquam non eterius consilio, quo valetis plurimum: tamen quod in magnis tempestatisbus fieri solet: vt summi gubernatores à vectoribus admoneantur, id vos quoq; in bonam partem accipietis: si meam vocem in istis vestris delibe-
rationibus adhibeam. Videte etiam atq; etiam, ne dum capiti mederi vultis, re-
duuiam curetis: qua enimerit ista pax, si tantum modò exterorum hostium impe-
tus reprimatur: & domesticarum dissidiiorum incendia inclusa lateant? qua iam non scintillas, sed tantas flammas emittant, vt in remotissimis regionibus conspicis posse. Vestrum autem est Senatores quā longissimè in posterum prouidere.
Quamobrem enim in ista dignitate Senatoria tanquam custodia atq; specula col-
locati estis? nōnne propterea ut Rempublicam vestra sapientia vacuam metu red-
datis? Nolo omnia Reipublica vulnera detegere, multa enim à multis, de patre in-
commodis, copiosè & ornate dicta sunt: sumam ego hoc tempore mibi partem eam:
qua etiam à plerisque leuite indicata: sed non satis explicata, proposita est. Ego qui
Romanam Ecclesiam plurimi semper feci: & spiritualem ordinem in eo loco semper
habui in quo habere debet is, cuius multi affines, omne curriculum industria sua in
illo ordine posuerunt: illinc honores amplissimos: illinc magnas opes: illinc dignitatē (si quam habent) consecratis sunt. Ego, inquam, dico, pro pérpetua mea obser-
vantia in Rempublicam & pro mirifica cupiditate dignitatis vestra retinenda &
augende. Vos autem omnes qui hic adeatis, quaso, & oro ut primò si eris vel acer-
bum & indignum auditu: vel incredibile: a me iuuene accipiatis sine offenditione:
neue id repudietis, priusquam cuiusmodi sit explicauero. Ego Roma na Ecclesia
propemodū alumnus: dico hanc ynam monachorum familiā: qua à Iesu saluatore

women habet, ad pernicie m multarum Rerum publicarum esse institutam. Magna
spe ingredior in reliquum orationis mea cursum: quia iam periculosisimum istum
scopulum vobis tacentibus sum prateruectus. Quid igitur causa est? ut ita sentiam
de istis hominibus, quorum admirabilis pietas, singularis quedam in omni discipli-
narum genere scientia, à multis commendatur: & qui primo loco, ordine, & au-
thoritate digni sunt habiti? quasnam rationes adferam istius ranti criminis? per-
arduum mihi erit demonstrare. Quo me igitur vertam? aut quos testes producam?
Sunt homines Ecclesiastici ordinis honestissimi, atq; ornatissimi, tanta amicitia &
santa natusitudine cum isto ordine Iesuitico coniuncti, vt etiam si viri boni non es-
sent: plurimum momentum tamen habere deberet illorum oratio contra Iesuitas: ita
autem boni catholici sunt, ut etiam si inimicissimi essent Iesuiti: tamen illis credi
sopportaret. Quid igitur isti dicunt? Sunt hac vobis noua & inopinata, Senatores
Amplissimi? nuc primùm ista crimina aures vestrae accipiunt? Nōmē soletis inter-
esse concionibus: in quibus affirmare solent constanter & grauiter: ea voce & motu
corporis, ea grauitate & constantia, viri doctissimi nostri Theologi: Iesuitas eam pe-
stem esse, qua animadueris non posse antequam totum Reipublica corpus inflam-
met: eorum mores, gestus, habitum, oculorum conformatiōnem, oris & vultus mo-
derationem: adres à maioribus nostris benè inuentas atq; institutas, ad illas in-
quam, res omnes, per manus nobis traditas, debilitandas, atq; euertendas hunc mo-
nachorum ordinem comparatum esse. Nouum istud est Senatori: non his vocibus,
non his exclamatiōnibus resonuit primarium templum Lublinense? non summum
etiam templum Cracoviense plenum atq; refertum: hic Iesuitarum ornamenti
atq; testimonij: ad perpetuam & loci, & temporis, & hominis memoriam? Non
fuit hoc inquam, in istis templis decantatum? Testes sunt viri Senatorij: magna au-
thoritate, consilio, prudentia ornati: & ceteris ornamenti honoris, ingenij, indu-
stria clarissimi: qui hoc affirmanūt. Quid dicam de illustri Episcopo Cracoviensi?
quem honoris & amplitudinis causa nomino: cuius ea est atq; prudentia, authori-
tas, eruditio, humanitas, iudicium, constantia, ingenij acumen: vt ad eius orationē
iuramentum vestrum adhibere possitis. Quid igitur is dicit? affirmauit constanter
& grauiter: voce & vultu, ad rei indignitatēm compōsito: istam nouam non ante
multos annos inuentam monachorum familiam: qua Iesu saluatoris nomine orna-
ta est: ad Ecclesia Romana dogmata euertenda comparatam esse: & ad excitandā
seditionum incendia: adeuertendos Reipublica nostre bonos, & omnium compro-
batione institutos mores. Iohannes vero Zamoyscius Regni Cancellarius, & exerce-
tiuum summus Imperator: cuius prudentiam, rei militaris scientiam, virtutem,
authoritatem, felicitatem, fortitudinem, omnis semper mirabitur et as: affirmauit
verè & sapienter, ut omnia sepe dicere solet: istis sacerdotibus in templis, & sugge-
stis

Siulorum aliquem concedendum esse: ut verò ex monasteriū & templū ad Reipub-
blica negotia gerenda accedant: hoc nullo pacto ferri oportere. Quid ego nunc pro-
ducam Doctorem Picum, ciuem Cracoviensem & virum Scuatorium: quem verò
Philosophum subtilissimum, & medisum exercitatisimum possumus appellare: in
cuius vita exstat imago antiqua virtutis: cuius oratio exemplum est copiosè loquē-
tis sapientie: si certè ita de Iesuitis indicat: ut saepe affirmet pessimò cum patria no-
stra actum esse: que istos non iam dudnm eiecerit. Quid ego vobis nunc adferam vo-
ces singulorum hominum? quid producam in medium querimonias earum vidua-
rum: que non prius istorum saluatorum artes deprehendere potuerunt: antequam
domos suas spoliatas animaduertenterent: omnibus vasis argenteis, omnibus orna-
mentis aureis, in quibus aliqua ars aut pretium ita singulariter existet: ut posset
eorum cupiditatem incendere. O tempora, è mores, hac iam agitantur in foro, ia-
stantur in Palatijs recitantur in omnibus locis: clamantur in templis: in conspectu
Trinitatis, ante imaginem Christi, omnium sanctarum atq[ue] sanctorum, hac decla-
mantur: ad commouendos sanctos atq[ue] sanctas, ista sapè & multum, vehementer &
grauius, copiosè & ornata ab illis expomuntur, qui relligionibus sanctorum atque
sanctarum presunt: & à vobis ista ignorantur? Verum: velissimi sunt propter
Scholas: multes iam ludos literarios aperuerunt: magno motu fit concursus iu-
uentutis: magna nobilium pars eaq[ue] serè precipua, ab illis erudiri suos filios
cupit: propter magnam doctrinę, fidei, grauitatis, constantia existimationem:
& propter singularem quandam docendirationem. Eodem accedit, ut nullis pra-
miis laborum propositis, magnos tamen labores suscipiant & sustineant. Heu me
misericordum: cur ego vos, quos semper laudavi, cogor reprehendere? Non videris,
non intelligitis. Senatores: hac omnia ad perturbandam quietem pertinere? non
animaduertitis plurimas Scholas, ab illis iam dissipatas esse? vnam Scholam cele-
berrimam Cracoviensem: viris doctissimis in omni disciplinarum genere orna-
tissimam, iam solitudine squalidam: nulla antiqua ornamenta reti-
nere? Habuit Polonia ante istos Iesuiticos monachos: habuit viros eruditissimos,
oratores vehementissimos, Philosophos acutissimos, Iureconsultos prudentissimos,
Theologos omni dicendi grauitate, copia atque ornatu instructissimos: habuit
nostrā patria scholas, ex quibus, tanquam ex equo Troiano, prodierunt pluri-
mi doctissimi viri: vna Academia Cracoviensis quatuor millia literatorum iau-
num numerabat. Prodibant ex illa Schola illi viri: quorum ingenium, pruden-
tiā, autoritatem ista adhuc miratur atas. Iam prope vigesimus annus est:
ut Iesuitas istos in regno nostro videmus: qui ita scholas suas instituunt: ut om-
nen industria, diligentie laudem alijs eripere cupiant: saepe admodum ludos Co-
mediarum, Tragediuarum: omni splendore, copia & ornatu instructos, exhibens:

in quibus ludis, summam laudem & veilitatem possem esse existimat: & hac propemodum vna arte multos discipulos ad se pertrahunt: tamen neq; inter istos tam praelatos Magistros: neq; inter discipulos: videmus illos, qui possint aliquo genere eruditionis, cum illis antiquis nostra Schola magistris & doctoribus, contendere. Habuimus illo seculo Lucam concionatorem: cuius ea dicendi vis fuit: ut quamcunq; in partem voluisset, animos hominum flectere facile potuerit. Credo adhuc vos memoriam retinere illius concionatoris, quem Leopolitam nostri Poloni appellabant: erat ille homo ea morum elegancia: ea humilitate: vt semper auditorum suorum animis atq; auribus nouam quandam voluptatem adserret: eo ingenio acumine, ea doctrina: vt semper orationis sua subtilitate, redderet doctiores suos auditores. Quanta & quam multa laudes debentur Hosio Cardinale, Cromero Varmiensi Episcopo, Orichouio, Fricio. Hic me incendit quadam cupiditas: vt de ipsis viris paulo copiosius differam. Sed metuo ne ex commemoratione illarum virtutum & eruditionis: recrudecant vestra vulnera, que patria nostra ex morte istorum hominum accepit. Erant illi viri quadam pulcherrima & clarissima Ecclesia Romana lumina: habetis vt opinor in animis vestris praeclarum illud Fricij volumen de Republica: extant multi libri Hosij Cardinalis: Cromeri: Orichouij orationes abduc in multorum manibus versantur: & nulla vnuquam futura est eas, vt opinor, que illorum memoriam obscurerit. Iam si Bembi, Sadoleti, Contareni, Reginaldi Poli, & reliquorum summorum hominum libros enumerare & laudare, vt equum est, possem: quorum eruditio & eloquentia proxime accessit ad illam antiquitatis laudem: dies me potius quam oratio desiceret. Quid horum simile habent Iesuitae? Prodeunt quoq; quadam illorum lucubrations. Utinam illum laborem quem in scribendis illis libris suscepissent: in suas tragedias, uel comedias potius contulissent: ita enim illa sunt refutata ab Hereticis, ita profligata, ut luculentam quoq; plagam tota Ecclesia nostra Romana acceperit. Prouocarunt Lublini superiori anno Antitrinitarios & Anabaptistas ad disputandum: canebant triumphum ante victoram: in ea disputatione nihil prater redundantem quandam verborum volubilitatem, & tragicos clamores: quibus in clamoribus omnes Iesuitica laudes posita sunt, praestiterunt: & talcummodo plebis, & aniculari, & collusorum atq; suorum compransorum approbationem consecuti sunt. & cum ratione unyi, Antitrinitarios vincere debuerint: & eam victoram, ante quam certatum esset literarum monumentis tradiderint: eum exitum ille triumphus ante victoria decantatus habuit: vt Antitrinitarij minis, conuictiis, terroribus, clamoribus fuerint electi: & primarius quidam illorum hominum Niemoieuius etiam verberra senserit. Dolebamus Senatores Amplissimi Ecclesie Romana dignitatem, ab ipsis hominibus ita deludi: ut multi ex illo loco, Romana Ecclesia obseruantissimi, animo dubio

animo dubio & fluctuante discesserint. Prodiit libellus Possevini Itali: tanquam fax quedam ad excitandum incendium: illius autoritatem si voluissetis sequi, nonne iam doméstico disfido euersam Républicam aspiceremus? Quae ista cestratio Senatores: virum eruditissimum non sua eruditionis arma & doctrina instrumenta ad vincendos suos aduersarios conferre? sed ad barbaricam crudelitatem & feritatem decurrere. Mederi volunt patria nostra: honesta hec oratio est. Verum si scalpellum adhibeatur ad sanam corporis partem, si viri boni, utiles ciues patria & Republica exterminentur: non medicina sed carnifina est. Quamobrem concilium non conuocatur? Cur publica disputatio non instituitur? Quamobrem ista facula ad vim excitandam adhibentur? Non est magnum negotium homini eruditio, vincere cum qui literarum cognitione non est excultus: praesertim si eo quoq; accedat bonitas causa. Qui ad gladium, ad ignem, ad aquam, ad cedes, atq; vim decurrit, fateatur se faciliter hominem iugulare quam erudire posse: animus carnicis, & barbari aig; crudelis prædonis, quam Theologi mentem eruditam habere. Iuuentuzem numerosam habent suis in scholis: quibus artibus eam colligant, & retineant: metuo ne sero admodum animaduertamus, & tum deum velinus huic malo remedium adhibere, cum iam non poterimus: si ad maturitatem peruererit illa improitas, cuius iam magna apparent & exstant vestigia. Putatis ne Senatores Amplissimi: disciplinā monachorum, iuuentutem nobilium recte ad res bene gerendas erudiri posse? Vtinam tandem aliquando perspicere possumus: Poloniam de statu optimo ad eas calamitates deuolutam esse, moribus Gallicis, Italicis, Hispanie in patriam nostram receptionis. Si maiorum nostrorum tempora, quibus illae regiones non fuerunt cognita, cum hoc nostro seculo conferamus: que summum dolorem atq; metum nobis adferant, plurima occurront: qua spe aliqua meliorum animum erigant, admodum pauca & exigua, vel potius nulla solatia reuiant in mentem. Quid igitur agimus Senatores? Volumus ne Scholas euertere? Ego verò hanc amentiam à vobis longissime abesse cupio. Placet enim & utile est reuocare veterem disciplinam, & patrium morem: premia Magistris & Preceptoribus proponi: eos gratitudinis & uirtutatis spe, ad scholasticum laborem suscipiendum excitari. Nouam istam nostrum maioribus incognitam, nobis ac iuuentuti nostra inutilē, patria perniciosa, docendi rationem: retineri non placet. Sed Iesuitarum opera, studio, & diligentia effectum est: ut Africa, Asia, America, Persia, Romana Ecclesia instituta & placita amplectatur. Quinam sunt illi viri? qua est ista pieas? qua prudentia? qua vita sanctimonia? ut tantum bonum orbi Christiano importauerit. Aspice istos patres nostros Iesuitas: vt recte de illis Apostoli fratribus eorum positis iudicare. Non enim, Senatores Amplissimi, simia simiam tam bene refert: neq; ouum ouo, nec lac lacti tam simile est: quam Monachus Iesuita,

Iesuita Monacho. Quid igitur isti habent? vel in pietate, vel in moribus, vel in eruditione, quo nostris antecellant? Si enim vultum istum ad decipiendos homines accommodatum: si os in illis latebris Iesuiticis compositum: si oculos & totius corporis habitum: atque ipsam orationem ad simulandum & dissimulandum conformata mutes atque ad imitacionem habebunt quod praeceteris monachis possint verditare: quibus se illi usque adeo antererunt, ut quilibet Iesuita cum Iesu se in celo esse existimat: propere quod similitudinem quandam possit simulare, & eam, quam in iustis inclusa est impietatem bene dissimulet. Nam ut totius corporis motum atque vestitum, ad colligendam hominum gratiam: mira quadam cura, & sollicitudine moderantur: ita quoque in templis, non veterem illam a maioribus receptam & approbatam simplicem, & non multum exquisitam in Dei cultu atque sanctorum consuetudinem retinent: sed superbas, stultas, atque impudicas mulieres imitantur: quae splendidius vestiri volunt quam honesta matrone: quod sit ut etiam oculos spectatorum in se conuertant, & eorum cupiditatem inflament. Quis autem est ab omniratione ita alienus, qui non perspiciat illis illecebris, ipsis ornamentis, isto subtili sanguine & suauicolum & tibiarum concentu: barbaram gentem, incultos atque horridos homines posse excitari? & ab illis sordibus & squalore: ad istum splendorem & cultum, omnes humanos sensus conuerteri? Hoc certè est homini à natura tributum: ut omnia iucunda sequatur. istam legem non audiuiimus, legimus, didicimus: sed ex natura ipsa arripiimus, hauimus, expressimus (quemadmodum inquit summus ille orator) ut rem iucundam, aliquo sensu perceptam, homines eò magis amplectantur: quod magis etiam sensibus & cupiditatibus obediunt. Currunt igitur muliercula & iuvenes in edes Iesuiticas sancta Barbara: sed graues viri & prudenter retinent veterem cultum Mariae, qui scilicet nouitatis dulcedine non mouentur. Gratulor ego viri amplissimi, Asia, Africa, America, Persia istam mentem: cum velint Catholica Ecclesia nomen suum dare: sed ut verum sit, quod Iesuita referrunt: falsa enim multa ab illis iactari iam nonnulli affirmant, & res ipsa loquitur: sed quemadmodum dico, ut verum sit, ne etiam Iesuita seruitutis iugum nobis imponant, magna cautio adhibenda est. Iisacum enim artibus, & hoc religionis nomine illas provincias Hispano Regi potenter immo subiccerunt: a quo illi emisi, ut exploratores eò consilia omnia retulerunt: ut primum domestica dissidia exciterent: deinde Hispanicos exercitus, in regna conuulsa: & dissidiis domesticis debilitata adducerent: quod cum assecuti sunt, omnia cedibus & sanguine ita repellent: ut non solum consilii capicendi, sed etiam ne resistandi quidem spatium relinquant illis, a quibus amanter & humaniter fuerant excepti. Legimus in sacris libris exitisse quosdam Cabanitas, astutissimos exploratores: qui simulata legatione, excoletos saccos, asinis imposuerunt: ut resque vonarios obsoletos, laceros, & refartos

Tartos: calceamenta vetera & lacerata pedibus induerunt: penulis vetustis se te-
zerunt: omniq; in conmealatum pane mucido sumpto, ad Iosuam se in castra contu-
lerunt: eiq; & Israelitis nunciauerunt, se velle cum eis fidelis percutere. Iesuita
Gabaonita sunt à Rege Hispania Catholissimo legati, pallio modestia coniecti,
calceis hypocrites induiti, simulatione paupertatis, modestia, pietatis, castitatis
ornati: se à Iesu missos esse quasi ad nouam aliquam salutem adferendam homi-
nibus affirmant: se vigilis, laboribus, studijs literarum & pietatis, nocturnis at-
que diurnis precationibus exhaustos esse ostendunt. Metuendum autem nobis
esse, ne quid Andria apportet male, iam indicat miserabilis casus eorum in hominum,
qui sunt in Africa, in Asia, in Persia, in America. Neq; illarum regionum ter-
minis hoc malum inclusum est: latius diducitur, & in dies longius progrederetur
istud incendium. nam etiam in Germania inferiore, excitati iam sunt, ab istis
Gabaonitis tanti motus: quibus multa iam urbes & prouinciae florentissime:qua-
si uno insperato prostrata iacent. Non possum sine Lachrymis Antuerpie urbū po-
tentissima, & amplissima luctuosam & funestam direptionem commemorare:
nullumq; esse existimo bonum tam durum, quem non moueat tot hominum
mors acerbissima & crudelissima: bonorum direptio, ac venditio. Nolo autem
vos ad suum iustius doloris societatem pertrahere. Eodem motu ab iustis Iesuiti-
cis Gabaonitis excitato, impulsa est Anglia atq; Scotia: qua regnacum antea ex-
ternorum hostium imperium depulerint: nunc domesticis dispidis debilitata, & ad
interitum iam inclinata sunt: id vero totum acceptum referendum est istis san-
ctissimis patribus Gabaonitis Iesuiticis. Hos fructus, ista commoda illi depro-
munt ex illis suis faculis obsoletis. Vita Regina Anglia veneno & infidiis sepe ap-
petita est. Scotia Regina crudelissimo & indignissimo mortis genere sublata est.
nullum locum nominare possum Senatores Amplissimi, in quo isti Gabaonite pe-
dem posuerint: ut etiam non in eodem tristissima & luctuosissima exempla cru-
delitatis reliquerint. Et accidit iam aliquoties Deo ita permittente, vt ipsisdem rui-
nis quarum authores extiterint ipsi fuerint oppressi. nam in Anglia, multi isti pa-
tres Gabaonici, ita ut aequum fuit, suppicio affecti sunt: quos nostri Gabaonite
in numerum Martyrum referunt. O praclaros martyres, qui tantorum scelerum
conuicti fuerunt. Multa prætereo Senatores Amplissimi, qua in Heluetia, qua in
Germania superiori, ab istis patribus sunt excitata. Currit enim magnus progres-
sus, ista Iesuitarum pestis: & omnes urbes, omnes prouincias, omnia regna
obvia euerit & dissipat. Ad ea mala qua iam nos tangunt, properat animus.
Non ignorari, quas turbas attulerit nobis in Liuonia ista Gabaonitica & Iesui-
tica modestia: iam potentissima vrbs Riga, ad portum posita ardebat incendio:
quod fuit excitatum ab istis Gabaonitis. Abreptus fuit ipsisdem præcellis & flucti-

Ita, Stephanus Rex fortissimus: qui nisi ad animi sui magnitudinem, consilium & moderationem adhibuisse: iam omnino & cum Riga & cum Rege Suecia: aut certe Rege Dania bellum nobis fuisset susceptum. Vrbem prosector & totam prouinciam multis laboribus, magnis sumptibus, magno nostrorum hominum interitu, ad Regni nostri imperium iam diu aggregatam: multo maiore cade, aut maioribus impensis atque sudoribus: nunc restitueremus. Tota Lithuania & Vilna vrbis primaria nonne eodem spiritu Iesuitico & Gabaonitico est agitata? Nonne ciuium atque multorum nobilium fuit concursus ad pralium committendum? unde illa procella perturbationum profecta sunt, nisi a Iesuitis nostris istis Gabaonitis? Potestisne dubitare viri amplissimi, totam Lithuania ad interitum ab istis Gabaonitis ita impulsam fuisse: ut iam nunc tantummodo ruinas illius prouincia aspicere potuimus: nisi ad hac mala restinguenda Rex sapientissimus autoritatem suam contulisset. Coactus est ille fortissimus Imperator obsidionem, & expugnationem vrbis Plescouiana intermittere: ut istis tumultibus a Iesuitis excitatis occurreret. O miseram patriam nostram, o deplorandam conditionem: qui istam pestem, & haec monstra in visceribus nostris alimus: & quicquid increpuerit Iesuita iam metuere cogimur: quo otium & cibis alienus ita feroce reddit: ut etiam authoritas & sapientia potentissimi Regis eos coercere non potuerit. Vidistis Senatores Amplissimi: Cracouiam urbem celeberrimam, domicilium atque ornamentum totius regni, sedem Maiestatis Regiae, omnium ordinum Ecclesiasticorum, & secularium, vocant, receptaculum: precipuum regni praesidium, mercatorum & reliqua plebis: emporium, matrem artium atque disciplinarum, ita vexatam esse ab istis Gabaonitis: ut plurimi viri boni, utiles ciues patria nostra, homines catholici affirment, semalle in sylvis, inter seras vitam degere: quam in ista immanitate versari. Conspiratione enim facta: cuius Iesuita authores atque duces exiterunt: magna vi atque impetu in eam domum irruunt: que una in tota urbe monumentum antiquitatis extat, Lutheranis concessa: Rege atque omnibus Senatoribus approbantibus. Apparebant effusa aliquot diebus flamme, qua per multas urbis partes sparsa, toti urbi minabantur interitum. Audiebantur voces sceleratorum hominum, predas effrentium: inter quos, ut quidam affirmant, etiam versabantur isti patres: non religioso isto habitu induiti, sed attritus rusticorum vestibus cooperati. commodum illis fuit & iucundum etiam, ut opinor, istam adorandam personam Iesuiticam ad aliud tempus deponere. Tota vrbis in summo periculo versabatur. Neque ego sum admodum amens, ut negem: istam vim ad alios quoque magistros, & professores, & totam Scholasticorum turbam pertinere: qua de re iam primarum Lutherani ad Senatorum retulerunt. Verum si rem bene considereris: & istum Gabaoniticum & Iesuiticum spiritum cognoveritis: intelligeris ab hoc Iesuitico numine, hac fulmina profecta

projecta esse. quis enim est ad eorum ignorans: ut ne sciat alia perturbationum confusia, plena sceleris, ab his Hispanicis Iesuitis agitari: & nulla vñquam ante aduentum Iesuitarum talia pericula ciuibus nostris accidisse? Quid multis opus est? Sunt qui affirment, torum hoc quicquid est malum, Iesuitis tribuendum esse? quibus hoc propositum est, ut Euangelici cum Rectore atq; professoribus, & tota vñqueritate Academicā signis collatis congregiantur: & Iesuita habeant suauissimum spectaculum, atq; in locum illius partis qua fuerit fusa atq; delecta succedant: & amplissima spolia, suorum consiliorum premia, auferant: Hic fortassis dicat aliquis Iesuita. Tu Lutherana causa patrocinium suscipio. Ego verò patres sancti Iesuita non meam nunc de Lutherana religione sententiam explicto, sed quid metuendum sit à vobis Reipublica nostra ostendo: & superius testatus sum me Catholicum esse. neq; verò in Romanam Ecclesiam oppugnat, neq; hereticos defendit, qui liberè, ad Reipublica utilitates conseruandas ea qua sentit, dicit. Quamobrem iam repeto, id quod sapientia affirmavi: & magna voce proclamo. Tamen si Iesuita professione Catholicis sunt, pestem tamen Reipublica nostra ab illis metuendam esse. Erant quoq; maiores nostri Catholici, & tamen arma contra illos Iesuitas Cruciferos sumpserant: & eos omni ratione persecutos esse existimabant: summio Pontifice repugnante, & eius legatis resistentibus. Archiepiscopi nostri & Episcopi capitali odio ab illis dissidebant, & vi atq; armis opprimendos esse statuebant. Vos ego appello Reuerendissimi Domini Episcopi: non ignoro qua obseruantia ac pietate sumnum Pontificis colatus: hortor tamen vos ut tranquillitatem patriae nostra, vobis commendatam esse velitis. Exiguum enim admodum est discrimin inter Cruciferos & Iesuitas, inter crucem & Iesum: si intra huius disputationis nostra limites oratio continetur. Crux & Iesu eandem propemodum vim habent pietatis, modestiae, religiositatis: Cruciferi crucis imagine erant insigniti: Iesuita Iesu saluatoris nomine sunt ornati. Quid modestius? quid magius pium & religiosum illius cruciferis illo seculo extitit? qui verecundi admodum, humani, humiles, abiecti, patres Cruciferi apparebant. Iisti quoq; Iesuita, omni virtutum genere sunt larvati domi enim, tantum sollicitudine & diligentia gestus suos conformant, ut nihil diuersum in illis appearat huic persona quam sustinent: etiam capita eleganter & moderate in vnam partem inclinata habent: ut videantur Iesu similes esse qui pendebat in cruce. Cruces etiam pictas & sculptas habent, etiam in valuis suorum collegiorum cruces pingunt. In ista tam pulchra herba latet antiquus ille serpens, inimicus & accusator fratum Diabolus: author dissidorum, perturbationum, bellorum intestinorum, cedis & rapinarum. Dicite mihi sancti Patres, pro vestra pietate, candore, modestia, humanitate: quamobrem vos apud istam hominum multitudinem, cuius benevolentiam ita vobis collegistis: ut etiam multa muliercula, immo vero prae-

claræ mulieres: ornamenta aurea atq; argentea, quæ à marito sibi amoris causa
dantur: vobis libenter, surto propemodum ablata, tradant: & libentius iam pecca-
torum suorum causa ad vos accedant, propter vestram istam humanitatem: dicite,
quām obrem Hispānicam monarchiam in celum laudib⁹ effertis? eam commenda-
tis, & exemplum illius monarchiæ tanquam adimitandum proponitis? Non ignorae-
ris, vt opinor, in Hispānia ciues non malos propter levissimam religionis suspicio-
nem iactari contumelias, onerari calumnias, notari ignominia, exilio puniri, morte
deniq; acerbissima multatari. Exstant, viri clarissimi, istorum patrum hac præclara
facinora, in tabulis depicta: fortassis propterea: ut illud exemplum Hispānicum vos
impitari velitis. Sed non admodum commode oculos nostros illa imagine erudiant,
neq; satis copiose quid ipsi faciant, ostendunt. Non enim hic est malorum exitus,
quem ostendunt ista imagines: non his terminis istorum sanctorum patrum religio
continetur. Nam ad turbas sepulchorum manes progreditur illorum modestia,
& charitas: effodiuntur ossa, disiciuntur cineres: & quem terminum, vt vita ita
misericordiarum natura confituit: ultra hunc terminum græssatur ista Iesuitica man-
suetudo, & charitas. Omiseram atq; lamentabilem illorum horum: in conditio-
nem. O regem crudelēm. O regnum citō peritūrum. Cogitate etiam atq; etiam, Se-
natores Amplissimum tanto furori locus in patria nostra concedidebeat: vt fra-
tribus nostris, propter diuersas in religione sententias: hoc modo, bac crudelitate
& immanitate, lucu huius vſura eripiatur: & alijs quamvis sint Catholici: tamen
propter opes: vel vxoris vel filia formam, in numerum hereticorum referantur:
quia istorum sanctorum patrum cupiditatem, maritorum vel parentum vita im-
pedit. Dicite igitur aliquando patres sancti, si idem in Polonia facere positis: quid
sit facturi? Etiam illud dicite, Si Hispānorū Rex patronus & propemodum
Deus ordinis vestri: hic in Poloniā, vel mari, vel terra exercitus suos cupiat addu-
cere: quid inquam sit facturi patres sancti Iesuitæ? Video enim post tantis sumptu-
bus tam firma palatia, praesidia, & propugnacula erigere, quæ vos monasteria ap-
pellatis: quæ si verè, vt sunt, nominari debeant: domicilia scelerum omnium, atque
flagitorum receptacula, appellari possint. Video Posnaniā arcem munitissimam,
summis praesidijs à vobis adificatam esse: & cum intra urbis moenia continetur:
aditum tamen ad urbem patefacere posset ovnibus, cum quibus communis est vobis
cupiditas. Regis palatium Posnaniense, nulla parte, cum isto vestro propugnaculo
est conferendum. Iesu locum in quo caput reponeret non habuit: in campis, in mon-
tibus versari potius quam in urbe maluit. Iesuitæ in commodissimo urbi loco:
ad milites vel depeplendos, vel excipiendo: si velint urbem oppugnare, castra sua
adificant. Video Laroslauia, etiam Lublini, atq; in alijs ciuitatibus: eiusdem
munitionis firmamenti, tantorum praesidiorum extrectas arces: vt non schola-
sticos

ficos docere, aut mulierularum peccata cognoscere: sed bellum gerere velle vi-
deantur. Respondet igitur patres sancti, atq; modesti, num etiam illos Hispanios
exercitus, in ista palatia vestra sitis admisisti? illius nimis Hispanorum Re-
gi, cui vos diuinos cultus tribuitis: presertim si eo accedit Papa authoritas: si
quog; eodem vires suas conferat, tota illa in flagitijs & sceleribus exercitata in-
uenitur: illi scilicet vestri greges aleatorum: in quibus etiam adulteri, impuri, at-
que omnes impudici versantur. Qui cum sint absque re, absque sede, sine spe, si-
ne fortunis: per urbes pexo capillo, nitidi, imberbes, aut etiam barbari, volitant:
qui totam industriad suam in nocturnis insidijs expromunt. Expecto quid sitis
responsuri. Moneo tamen vos patres sancti: vt existimetis istos homines non adeo
stupidos esse: vt non intelligant, quod referantur omnia vestra consilia: que iam
ita in lucem producta sunt, vt omnibus appearant. Cogitate etiam atq; etiam
Senatores Amplissimi: ne, cum inter abiectissimos homines, Jesuitarum fraudes
sint detecta: vobis tantum consilium & prudentia defuisse videatur: vt non
animaduertere possitis, quam horrendum exitium nobis immineat. Quod etiam
ed turpius est, si obliuiscamini quibus fluctibus iactata, & que naufragia fecerit
Respublica nostra: ut tempore, cum vi & armis Cruciferorum Improbitas, multis
annis non potuit reprimi: tanta contentione, tanta sanguinis profusione multis
annorum centuriis bellum gerebatur: vt ad illius temporis memoriam, animus
exhorre scat. fuerunt enim omnes campi, maiorum vestrorum saugine cooperti.
Quis fuit illo seculo, tanto ingenio, tanto acumine, tanto prudentia pruditus: vt
perfiditer posuerit: talem exitum, & tam tristem, & luctuosum ac toti orbi Christ-
iano periculosem: atq; multis Europa partibus perniciosum esse expectandum,
atq; metuendum ab illis Cruciferis? qui in loco sancto, in urbe Hierosolyma, apud
sepulchrum Domini viuebant? scilicet studio commemoranda mortis Christi, erant
illi loco ita affixi: vt totum vita sua curriculum, in eo consumere statuerent: & ta-
lam ordinem omnium actionum suarum amplecterentur: vt nemo dubitaret, illis
bominibus nihil propositum fuisse: prater ipsam pietatem. Habant monasteria,
certis fratrum atq; sororum familijs, vt illi vocabant, distincta: eà disciplina, eius-
modi moribus informata, vt nihil reperirent homines, quod in illis reprehenderent:
qua autem laudarent & qua admiratione digna iudicarent, e plurima vel potius
omnia extabant: quid siebat, vt Principes certatum in eos beneficia conferrent, sed
quid tanta pietatis & religionis simulatio recidit, sero admodum maiores vel stri-
intellexerunt: & magno suo malo experti sunt, quid momenti habeat, ad decipien-
dos homines simulata pietas. Vos autem, vos Senatores, qui in locum Principum
Mazoriae successistis: ciò, & nimium citè memoria illorum fluctuum depositistis:
quibus provincia hac fuit iactata, excitata illa Cruciferorum tempestate: & his iā ad

etundem scopulum delati estis, quae consulete & meditare naufragium facere re-
stitutum. Conferte enim Senatores Amplissimi Iesuitas cum Cruciferis Vos, inquam,
qui primam in vestrum patrocinium Iesuitas receperitis. Recordamini Crucifero-
rum, qui ex remotis regionibus ad vos opprimendos praesidia habuerint, & simul
ad istos vestros patres, istos inquam vestros Gabaonitas, oculos conuertite. Cog-
itate etiam atq; etiam ut ab omnibus rebus inopes, & egeni fuerint: cum primum
buc venissent isti nostri Gabaonita. Iam vero quantas opes possideant, quibus ar-
tibus collectas, videtis. Si vero rem totam bene, quemadmodum debetis, exami-
nare vultis: cogitate etiam atq; etiam ut non admodum longo interuallo a nobis
Hispanorum Rex sit remotus. a Dantisco sex dierum itinere abest Antuerpiæ: que
vrbs, domicilium, & sedes potentia Hispanica esse dicitur. Quid agimus Senatores
Amplissimi, quid agimus? Non nos commouent atq; commouent aliorum regno-
rum tristissima exempla, quod tantò est magis admirandum: quia ad vestram pru-
denciam & rerum usum, accessit etiam eruditio. Cur non euoluitis aliorum re-
gnorum historias? Cato ille, cui omnium consensu locus inter sapientes primus con-
ceditur: cum vellet Romanis ea pericula ante oculos posere, que illis iuinebant a
Carthaginensibus: fucus recentes, que mari à vectoribus adserebantur: in Senatum
adserebat cum hac oratione. Quam prope iam intiri, ad patriam nostram sui
imperi terminos porrixerint, videtis. Patres conscripti: istarum enim fucuum
succus ita integer in itinere retinetur: ut nulla videatur in illis facta esse mutatio:
& quemadmodum ista via recentes sunt, dum adseruntur: ita quoq; exercitus
Carthaginem, firmi, & robusti, parati & coerti, non itineris molestia de-
fessi: possunt aduolare. Recitavi Catonis verba: quibus animos suorum excitare
voluit: valde accommodata, ut opinor, nostro huic tempori. Quid enim est Sena-
tores Amplissimi: quominus idem de nobis, aliquis Cato dicere posse. Asseruntur
ad nos poma Hispanica illa, suauissima & pulcherrima: maioribus nostris incogni-
ta: in quibus colore, odorem, saporem, succum si consideres: nunc primum de
arboribus decepta esse evidentur. Non ignoramus quantum derimentum morum
& virtutis importent in patriam nostram: ista delicia Hispanica & Italica. Sunt
multi viri primarij, qui intelligunt, magis ac magis hostibus nostris, in regnum
nostrum aditum patefieri: & tamen non cogitamus, quibus artibus aliorum regna
euersa sint: iisdem Rempublicam nostram iam adeo debilitatem esse, ut ruere incipiatur.
Et in his tantis motibus & ruinis, vos Senatores Amplissimi, quibus cura Rei-
publica tradita est: vos, inquam in utramq; aurem dormitis. Aspicitis explorato-
res istos Gabaonitas: istos inquam Iesuitas exploratores Hispanicos, qui ante a fue-
rant pallidi & squallidi, pannis & puluere obsti: nunc vero sunt nitidi & splendi-
di, potentes & gratiosi. Hos non videtis in regno nostro ita versari: ut pro suo arbitrio

trio velint Regem eligere: & illius autoritatem totam & maiestatem, ad libidinem suam conuertere? Non videtis quid moliantur? Properabat alter in Sueciam plenis velis: eoq; omnium opinione celerius peruenit. Alter sexaginta millaria tribus diebus Viennam cisiu peruvolauit. O celeritatem incredibilem. O nuntium lucrem. Qua causa est tanta celeritas? Vobisne patres sancti Regni administrandi curia et commissa est: ut si paululum remiseris: peritum esse existimat; qua spe aut. re adductus & incuratus est, unus uester monachus primarius: uestrorum consiliorum moderator, & defensor: ut munus illud pacis constituenda inter Stephanū Regem, & Magnum Duce Moschouie susciperet? Quamobrem istam specificationem sibi non tradidit amsumpsit? Tantumne vobis autoritatis patres sancti tribuitis? & tantum prudentie in vobis esse existimat: ut credatis omnes conditiones pacis vos animaduertere & constitueret posse, cōmodas patria nostra: quamvis ne sciatibus quibus de causis, quam magnis atq; arduis tam longum, tam graue, & periculose bellum gereretur? Multorum vocibus celebratum & diu usurpatum est proverbiū: Quicquid agit mundus, monachus vult esse secundus: quod tam pulchre vobis iesuita, & uestro huic principi conuenit: quam etiam vobis conuenire Bernhardinorum ille horridus habitus: à quo vos ita abborretis, vt etiam mentio illius sit vobis valde molesta. fortassis propterea: ne eam quam habetis gratiam amittatis: si hunc nitorem, & hanc elegantiam: qua vobis multorum hominum amorem colligit, cuculo contegris, atq; ita obscuram reddaris. Sed qua ista est temeritas: inter tantos principes & Monarchas autoritatem suam ita interponere: et inquam si antea nihil sapientia in omnibus Senatoribus fuisse. Iam verò quam fuerit studiosus pacis & genitio nostra, uester pater: libellus quem postea edidit abinde indicat: plenus contumeliarum & maledictorum. Hunc si exterritrum natiū homines legerint, quibus nondum mores nostri sunt cogniti: existimabunt, in Polonianullam esse pietatem, nullam rationem, nullam virtutem, nullum ordinem. Etiam reliqui iesuita Monachi huius ducis exemplum sequuntur. Emittunt subinde, non solum illos suos iuuenes ad omnia facinora exercitatos: verum etiam & libellos: quibus calamitosam famam, tanquam flammarum & incendium, in nostra Reipublica ciues, viros bonos: volunt excitare. Hac quamuis ita sint: tamen illi vivunt delicate & suauiter, non solum nullas penas suorum facinorum non metuent: sed magnos etiam honores sibi deferri debere existimant. Magnifici appellari cupiunt: atq; ad tanti noninius & dignitatis fide confirmanda, omnibus artib; multa pradia colligunt: vel potius ab yis hominibus, qui fallacem spem precio emere non dubitant, oppida & prædia exigunt. Atq; hoc pacto nobilitatem, qua est ornamentum in pace, presidium & robur in bello: qua sanguinem suum pro patria salute effundit, in maiorcs angustias redigunt. Sunt multi equi

tes viri fortissimi & constantissimi, singulari animi atq; confitū magnitudine p̄ae-
dit: quorum maior es in bello fortissime occubuerūt: patrimonia sua pro patria sua
salute effuderunt: ipsi quoq; magnam vitā sua partem in aula Regum collocarunt:
bi aliquot famulos quotidiani ministerij vix alere possunt. Ipsi verò patres Gabao-
nita, hoc affecti sunt: pietate simulata, illo vultu & habitu ad decipiendos homi-
nes comparato: vt multos non tantummodo Equites, sed etiam regni Senatores iam
opibus superent: eosq; non tantum contempnere, verū iam ad eadem quosdam: &
animo, & oculi suū, & libellū designare incipient. O tempora, o mores, o ma-
gnam iniquitatem hominum. Legibus cautum est: ne homo peregrinus, ad aliquam
dignitatem cum opibus Regni coniunctam: ne etiam homo plebeius, aspirare velit.
Vt legis istius authoritas contempta iaceat, quid multis opus est demonstrare? istud
enim multorum vocibus, immo verò multorum graui & acerba oratione repre-
bendum est: istud in omnibus comitijs Regni, omnium prope Senatorum clamoribus
notatum est: & tamen non animaduertimus, Iesuitas homines obscuros, peregrini-
nos, & plebeios, tanta bona regni inuadere? immo verò iam non pauci reperiuntur
nobiles regni nostri: qui se cum illis coniungunt, & sua nomina in illum ordinem
monachorum referunt: ad perpetuam familias sua ignominiam, malunt inter mo-
nachos, quam inter nobiles patricios viuere. O cæcas hominum mentes, o pectora
caca. Non videmus Senatores? Italos atq; Hispanos esse, quos illi iam generales pa-
tres appellant: verè autem duces seditionum, & confirmationum in patria nostra
nominari possunt. Ipsi duces iam templo Cracouia occupauerunt: Sacerdotes qui in
illis templis sacris praerant, nostros præceptores: homines atque & morbo confessio-
sedibus suis ejciunt atq; exturbant. apud Polockam, villas Parochorum eripiunt:
vel potius iam iurius quadam simulatione eripuerunt. In multis regionibus Rutenia
omnes illas partes optimas, & fertiles: vbertate agrorum, varietate fructuum, ma-
gnitudine passionis, & multitudine. omnium rerum que exportantur, prestan-
tissimas inuadunt: suorum agrorum terminos, in singulos menses extendunt: nobi-
les & reliquos homines utiles Reipublicæ exterminat: patriis sedibus nudos prorsus
ejciunt: multas viduas præclaras sœminas eò deducunt, vt cogantur suis filiis bona
erupta, illorum finibus adiungere: liberos suos spem parentum, memoriam nominis,
subsidium generis, heredes familia, designatos Reipublica ciucs: patrimonio priua-
re. Omiseram illorum filiorum conditionem. In omnibus coniuiis disputatur quo-
tidie, in comitiis, in omni hominum nobilium concursu, vim dulcissimam patria no-
stra fieri. Testantur multi prudentes, & patriæ amantes viri: violari patriam, fili-
lius bona in eos homines conferantur, quorum nulla in Reipublicam merita ex-
istent: qui tempore pacis & belli, in Reipublica salute defendenda, & dignitate am-
plificanda, operam suam non collocant: qui non vitam suam pro salute patriæ ef-
fundunt.

fundant. Quid verò lesuite habent, quod utile sit patriæ nostra? immo verò quid
habent, quod non sit perniciosum nobis omnibus? Quid habent præter admirabilem
pecunia magnitudinem: Hispanicis artibus, hoc est fraudibus collectam? quam pe-
cuniam Senatores, ut videtur, ad agros amplificandos, ad palatia sua exstruenda cō-
serunt: reliquam ad nos oppugnando & iugulando conseruant. Habent ubique
animi relaxandi gratia: rura amena, & suburbana: plura etiam prædia, neq; tamē
vulum nisi præclarum & propinquum: domos resertas vasis Turcicis & Italit. is.
Quid præterea: auri, quid argenti, apud illos esse putatu? tantum scilicet, quan-
tum è multis familijs coaceruati religionis simulatione potuit. Familiam vero
quantam & quām varijs cum artificijs habeant: quid ego dicam? ut enim omittam
coquos, pistores, & alias artes vulgares: videtur ut quotidiano cantu vocum, & ner-
uorum & tibiarum: tota vicinitas personæ, illius urbis quam semel occupauerunt.
etiam ut omnes sacerdotes despiciant: ut neminem hominem praese esse putent: ut se
solos sanctos, solos doctos existiment. Quid futurum esse putatus Senatores: si quis
apertius hac reprehendere velit? si quōspectent isti tanti quotidiani sumptus &
effusiones, multis rationibus demonstret? si quis etiam postuleret, ut ea bona quaetur
per his lenociniis suis, occupauerunt honeste dimittant? & istam colligendarum
opum rationem, quam humana aquitatem defendere non possunt, diuina religione.
tuere desinant? quos tumultus? quas perturbationes futuras esse existimat? quem
putatis ab heresios crimine liberum fore? nullum certè nisi hunc, qui ad illorum
nutum & voluntatem fit accommodatus futurus. Stephanus Rex adiurauit
se omni ratione pacem esse conseruatum: inter eos, quorum in religione sunt
discrepantes sententiae. Quamobrem igitur, homines noui, & peregrini in regnum
nostrum sunt recepti? qui dum serunt semina discordiarum, bellorum ciuilium, in-
ter nos & contra nos: ita viuunt, ut cusiculam suam curent: pecuniam cotrigant;
quicquid est pretiosum in alicuius Equis domo, illud ad se pertrahant: in fraude &
ex fraude vivant? Cur non retinetur auctoritas concilij illius amplissimi, & sacra-
tissimi Lateranensis: quod veruit, ne in posterum noua aliqua monachorum familia
à quoquam inficiatur? Intellexerunt homines illi sapientissimi: quod quantia
fuit accessio ad monachorum familias: tantum etiam detrahatur facultatis
nobilium, mercatorum, agricolarum, viduarum, & reliquorum ordinum. Voluerunt
igitur illi viri sancti, orbi Christiano consulere: ne crescente numero monachorum,
tanquam fundi calamitate: opprimantur boni & prudentes ciues patriæ, & viduae.
Metuebant ne eores decideret: quod iam fieri videmus: ut crescente mala hac le-
suarum tanquam viperarum progenie: augeantur etiam illa mala, quæ metuenda
sunt ab his hominibus: qui, in ocio & cibo alieno, non possunt nisi ad perniciem pa-
tria viuere. Videtur enim Senatores quid effecerint Cruciferi: videtur etiam quid

faciant Iesuita. Sed quorsum hoc omnis spectat oratio. Senatores Amplissimi? quid enim facturus sit summus Pontifex; nondum sciunt: quem etiam hoc consilium cepisse ex multis intelleximus: vt istos Iesuitas ex hoc splendore, in aridioris & horridioris vita circulum reducat: vt omnibus sic perspicuum, illos esse monachos. Hoc fortassis beatissimi patris consilium, ad Ecclesie tranquillitatem habet aliquid momenti: sed metuo, ne parum admodum aut omnino nibil ad has perturbationes mitigandar: que sunt a Iesuitis excitatae, conseruat: & ad ista quoq; incommoda atq; detrimenta qua Republica allata sunt, compensanda. Illi enim, ut est monachorum ingenium, pilum non animum mutabunt. Quamobrem oportet nos semper esse excitatos, erectos, & propemodum animis iam armatos: ne blanda aut supplici oratione, aut etiam pietatis simulatione fallamur. Satis enim iam, satis oppressi sumus: multorum nobilium domus sunt eversae, fortuna vexata, dissipati agricola, raptatae coniuges: multi nobiles, incredibili pietate & amore in patriam magnis in angustiis versantur, & propemodum ad pedes istorum Iesuitarum abiecti sunt: multi subditii nobilium in Lithuania atq; in Mazouia, perculerunt crudelitatem istorum Iesuitarum: pulsi sunt sedibus, patris socii, distracti a suis. Vide re licet multos oculis lacrymantibus, squallidos, jape etiam jordidatos & reos. Viderit quotidianam magnam accessionem ad numerum istorum Iesuitarum fieri. Videntis multos ex Hispania atq; Italia adulare. Animaduertitis, vt opinor, aliis sacerdotibus iniquissimam viu fieri: viros senos sacerdotes nostros, ab istis Iesuitis misere iactatos & repudiatos, perterritos, & sedibus suis extirbutos esse. Hi quem prater vos appellant, habent neminem. Vobis suas fortunas commendant. Vobis existimationem committunt ac spem vita reliqua. Misericordia est excubans, si fortunis omnibus, miseriis cum iniuria. Constitute etiam vobis ante oculos, reliquorum hominum nobilium & agricolarum miseram senectutem, quia bona suis spoliati sunt: ut cum videant Iesuitas in suis bonis paternis dominari: ipsi filios atq; filias suas iuuare non possint. Hi vos orant atq; obsecrant iudices: ut ad illorum dolorem subleuandum vel recordatione parentum vestrorum, & liberorum iucunditate commoue amini: & pietati atq; indulgentia vestra seruiatis. Omnes Ordines Regni vos orant atq; obsecrant, Senatores Amplissimi: ut patria salutem ante oculos vestros constituantis. Libertas enim agitur nostra, qua est commendata vobis vita, fortuna omnium honorum agitur: quo cupiditate infinitam cum immanni crudelitate intendunt, isti Hispani atq; Itali Iesuita. Quorum potentiam cum immanni cupiditate coniunctam, nisi represseritis: videte Senatores Amplissimi: ne hoc tempore, quo maximè Republica sapientiam & autoritatem vestram requirit: patria, & vobis, atq; vestris omnibus: quibus omnia propemodū debetis, defuisse videamini.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z185385505

